



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

26 Nemo praeter Aduocatos Consistoriales admittitur in Consistorio  
secreto ad loquendum coram Summo Pontifice.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

duo Prothonotarii participantes, ut de hoc actu se rogent; quam historiam, & orationis formam per extensum refert  
Paris. dicto lib. 8. quæst. 4.

Plerumquè etiam contingit, quod ab Oratoribus Principum, vel aliis habendus sit sermo in Consistorio secreto ad Summum Pont., & Sacrum Cardinalium Senatum, qui pariter habendus est ab uno ex septem Aduocatis Senioribus; nullus \* enim præter illos ex immemorabili consuetudine admittitur ad loquendum cum Sanctissimo in Consistorio secreto; quod nostra ætate bis accidit, semel tempore Sixti V. cum oratores Regis Catholicci fuerunt admissi, ut nomi-

## 126 CAPVT

mine dicti Regis instarent pro  
Canonizatione B. Bertrandi; tunc  
enim illis assistentibus orauit  
D. Horatius Burghesius Aduo-  
catus Consistorialis, prout habe-  
tur in libro Camerarij fol. 31. &  
tenor instantiae ab illo tunc fa-  
ctae refertur eodem libro fol. 32.  
à tergo . Iterumquè die 4. Fe-  
bruarii 1604. tempore Clemen-  
tis VII. cum oratores Medio-  
lanenses in eodem Consistorio  
secreto supplicarunt pro Cano-  
nizatione D. Caroli Cardinalis  
Borromei, in quo solus eorum  
nomine orauit , & loquutus fuit  
D. Bernardinus Scottus Medio-  
lanensis , ita mandante Cle-  
mente VIII. auditis Iuribus Col-  
legii , quod ex immemorabili  
con-

TERTIVM. 127

consuetudine nulli præter ipsos  
Aduocatos Consistoriales liceat  
loqui coram ipso Pontifice in  
Consistorio secreto, cuius facti  
historia recensetur *diecto libro Ca-*  
*merarij* fol. 30. à tergo. *ET* 31.  
tenor verò orationis tunc habi-  
tæ *ibidem* legirur fol. 32.

Præterea \* quotiès conting- 27  
ret, aliquam causam grauitissi-  
mam pertractari coram Sum-  
mo Pontifice, & Sacro Cardi-  
nalium Senatu in Consistorio  
secreto, tunc etiam soli Aduo-  
cati Consistoriales admittendi  
essent, sicut tempore Clementis  
VII. obseruatum fuit in Causa  
Henrici VIII. Regis Angliæ, si  
quidem pro illius excusatore,  
in eo admissus, & auditus fuit

D.